



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Synopsis || Rerum Variarum || Ab || Orbe Condito Ad  
Sæculum Nostrum XVIII. || gestarum, simúlque ||**

**Kolb, Gregor**

**Augustæ Vindelicorum, 1724**

**VD18 14497743**

[Sæcula Mundi à Diluvio.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64332)

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Noemus pater Semi & sic deinceps.	Noemus sedatis diluvij aquis altare erexit & victimas DEO obtulit ob singularem sui & suæ familiæ conservationem.	Noemus videtur ore prophético multa prædixisse, dum expergefactus filio suo Cham & nepoti suo Chanaan maledixit, Sem verò & Japhet beneprecatus est.
XVII.	Arphaxad, natus an. m. 1659.	Functus est igitur munere Sacerdotis.	<i>Gen. 9.</i> an. M. 1671.
XVIII.	Cainan junior. an. 1694.	<i>Gen. 8.</i> an. M. 1657.	
	Sale. an. 1724.		
XIX.	Heber. an. 1754.		
	Phaleg. an. 1788.		
	Reu. an. 1818.		
	Sarug. an. 1850.		
	Nachor. an. 1880.		
XX.	Thare. an. 1909.		
	<i>Gen. 10. &amp; 11.</i>		
SÆCULUM Mundi.	Mortuus est Noe. an. M. 2006. vixit an. 950.	Abraham invalescente inter Chaldaeos idololatria vel à puero jam fuit totus pro vera Religione, immolans victimas DEO & munus Sacerdotis peragens.	Cum Abrahamo crebrius contingeret cum DEO & Angelis colloqui, atque ex eis futura intelligere, hinc pronum est credere Abrahamum sæpe vatem fuisse, atque suis posteris per duo pene secula varios rerum eventus prædixisse, uti satis indicat <i>Baron. Salian.</i> & <i>autores alij passim</i> ; imò ipse liber <i>Gen.</i>
	Mort. Phaleg vixit 239.	<i>S. Chryf. S. August. &amp; alij.</i>	
XXI.	Natus est Abraham an. M. 2039.		
	Mansit in Chaldæa usque ad annum ætatis 70.		
	Conjugium contraxit cum Sara nepte ex fratre an. æt. 30.		
	Mort. Rheu an. M. 2056. vixit an. 239.		
	mort. Sarug an. M. 2079. vixit 230.		
	Mort. Arphaxad an. M. 2096. vixit 438.		
SÆCULUM Mundi.	Abraham ex Ur Chaldæorum urbe evocatus est an. M. 2108.	Abraham & vir & Senex perrexit implere munus Sacerdotis constantissimè uni DEO adharens. <i>Salian.</i>	Sæpius apparuit etiam Isaac DEUS, & eundem de rebus venturis edocuit, unde & Isaacus prophetam haud semel egit. <i>Salian.</i>
	Mansit in Mesopotamia. an. 5.		
XXII.	Mortuus est Thare an. M. 2113. vixit an. 205.	Melchisedech Sacerdos occurrens Abrahamo victori Cordolahomor reguli, sacrificium DEO obtulit, & decimas ab Abrahamo accepit.	Rebecca conceptis geminis fratribus fit oraculum de iisdem an. 2198.
	Legem circumcisionis accepit an. ætat. 99. M. 2138.	<i>Gen. 14.</i> an. M. 2118.	
	Natus est Isaac an. patris 109. M. 2139.		
	Mortuus est Sem coævus quindecim generationibus an. M. 2158. vixit an. 600.		
	Isaac se victimam paravit an. æt. 25. M. 2163.		
	dixit Rebeccam. 2178.		

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
<p>Iris in cœlo exhibetur tanquam Signum ibi non merè naturale, sed supernaturale &amp; pignus de non redituro diluvio universali.</p> <p><i>Salian.</i> an. M. 1657.</p> <p>Infani mortalium conatus turrim Babel ædificantium eluduntur, dum 72. diversæ familiæ totidem linguis loqui cœperunt, &amp; cæpto operi coactæ sunt finem imponere.</p> <p><i>Gen. 11.</i> an. M. 1931.</p>	<p>Subsidentibus Diluvij fluctibus, Noemus cum filiis prodijt ex arca sua, extructoque altari solennes Deo gratias egit, totius Ecclesiæ faciem sua in familia representans.</p> <p><i>Gen. 8.</i> an. M. 1657.</p>	<p>Ducentis post diluvium annis cultus idolorum per imagines hominum invaluit, crevitque maximè inventa plasticæ.</p> <p><i>Salian.</i></p> <p>Ninus Assyriorum rex templum &amp; simulacrum Belopatri dicavit; is Baal esse à multis existimatur, unde nomina sunt Belial, Beelzebub, Bealphagor.</p> <p><i>Salian.</i> circ. an. M. 2000.</p>	<p>Cæpto non absoluto turris Babel ædificio facta est dissensio &amp; divisio populi maximè quoad cultum divinum, idololatria latè per orbem terrarum jam invalescente.</p> <p>an. M. 1931. post diluvium 275.</p> <p><i>ita Salianus tam quoad hæc quàm alia hic sequentia.</i></p>
<p>Teste Saliano &amp; alijs DEus septies Abrahamo apparuit vel per se vel per angelos Dei loco. Fuit itaque Abraham rerum supra naturas vires ascendentium multiplex occasio.</p> <p>Patet hoc ipsum satis ex <i>lib. Gen.</i></p>	<p>Abraham in Chaldæa laboravit constanter conservare cultum veri Numinis.</p> <p><i>S. Chryf. S. August.</i> &amp; alij.</p>	<p>Aram &amp; Nachor Abrahami fratres ad idolorum cultum inclinant, aut palàm etiam eundem profitentur.</p> <p><i>S. Augustin.</i></p> <p>Post abitum Abrahami ex Chaldæa vix ullus fuit, qui vel Religionem veram defenderet, aut conservaret, hominibus palàm &amp; passim ad vitia &amp; idololatriam prolabantibus.</p>	<p>Semiramis Nini uxor junxit idololatriæ Scelera, cujus exemplum pessimum secuti sunt magno numero Reges Assyriorum, aded ut ultra triginta eorum inter Scelera marcescentes molles potiùs fœminas, quàm viros aut reges egerint.</p>
<p>Promissa Abrahamo à Deo Palæstina, unde etiam terra promissionis dicta est.</p> <p>an. M. 2108.</p> <p>Promissa eidem etiam est grata cœlo soboles, ex cujus semine Messias descensurus esset.</p> <p><i>Gen. 12. &amp; seqq.</i> an. M. 2138.</p> <p>Quatuor Urbes <i>Adama, Seboim, Sodoma, &amp; Gomorrha</i> flammis de cœlo lapsis combustæ sunt.</p> <p>an. M. eodem. <i>Gen. 19</i></p> <p>Mare mortuum nunc stagnat, ubi steterunt dictæ urbes. <i>Ita passim Historici &amp; Geographici.</i></p>	<p>Abraham ex Ur Chaldæorum urbe ductus in Mesopotamiam factus est conservator &amp; promotor veræ Religionis.</p> <p>Thare pater Abrahamæ unâ cum filio in Mesopotamiam profectus impium decurum cultum penitus reliquit.</p> <p><i>Pererius. Salian.</i></p> <p>Melchisedech divinitus ritè credere doctus factus est pari modo sacerdos &amp; promotor divini cultus.</p> <p><i>Salian.</i></p>	<p>Labanus Nachoris nepos, Bathuelis filius, atque aded Abrahamo sanguine proximus idola coluit.</p> <p><i>Gen. 31.</i></p>	<p>Loth Arami filius ob jurgia pastorum divisus est ab Abrahamo patruo. Idem paulò post victus ac captivus cum universa sua familia abductus est à Codorlahomor Regulo, quem Abraham cum suis vicit, &amp; Lothum liberavit.</p> <p>an. M. 2118.</p> <p>Ismael Abrahami ex Agar ancilla filius homo militaris Arabiam bellando subegit. Ex eodem descendisse dicuntur feroces gentes Ismaelitæ, Agareni, Arabes, Saraceni &amp;c.</p>

SÆCULA Mundi à Diluuiio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Nati sunt Esau & Jacob circ. an. M. 2199. Esau duxit uxores alienigenas an. æt. 40. Jacob præcipuit fratri jus pri- mogeniti circ. an. æt. 78. Duxit duas sorores Rachel & Liam, an. æt. circiter 85. Nati sunt Ruben, Simeon, Levi, Juda, Isachar & Zabulon ex Lia. Dan, Nepthali ex Baala ancilla. Gad, Aser ex Zelpha ancilla, at- que hi omnes intra quinquen- nium. Natus est Joseph an. M. 2290. ex Rachele. Manfit Jacob in Mesopotamia annis 20.	Jacob ut fungeretur officio Sacerdotis, plura erexit altaria, præsertim eo in loco, in quo vidit scalam Mysticam. <i>Salian.</i>  Eodem in loco jam ante an- nos 163. Abraham altare ere- xerat; unde verba illa: verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. <i>Gen. 28.</i>	Isaac etiam hoc seculo Pro- phetiæ spiritu accensus datam Jacob filio benedictionem primogeniti ratam habuit, & futura multa prædixit juxta illa verba <i>Gen. 27. viues in gladio, &amp; fratri tuo ser- uies, tempusque veniet, cum excutias &amp; soluas jugum ejus de cervicibus tuis.</i>
SÆCULUM Mundi.	Natus est Benjamin ex Ra- chele, quæ in puerperio est mortua an. M. 2306. Venditus est circa idem ferè tempus Joseph. Missus est in carcerem an. æt. 27. Evocatus est ex carcere æt. 30. Mortuus est Esau an. M. 2325. Natus est Job. an. M. 2328. Ingressus est Israel in Ægy- ptum an. M. 2329. Mortuus est Jacob. an. M. 2346. vixit annis 147. Mortuus est Joseph ante om- nes fratres suos an. M. 2400. vixit annis 110.	Joseph vices Sacerdotis per- agens in Ægypto in unius DEI honorem altaria erexit, victimas obtulit, & offerre a- lios docuit. <i>Briet.</i>  Similia egit in Idumæa Jo- bus, qui ob hoc & alia virtutum genera gravissimè tentari cepit circa annum vitæ 70. <i>Baron. &amp; alij.</i>	Joseph varia oracula patre co- ram & fratribus locutus est, ut fuerunt de sole, luna & stellis, de manipulis &c. circ. an. M. 2303. Similia facere, quæ prædixit pincernæ, pistori & Ægyptiorum Regi Pharaoni de septem annis frugiferis & non frugiferis. <i>Gen. 40 &amp; 41. an. M. 2319.</i> Jacob in Ægypto mortuus est in corona filiorum & nepotum, quibus singulis bene precatus multa prædixit ore propheti- co, veluti illud est: <i>non aufer- retur sceptrum de Juda &amp;c. Gen. 49.</i>
SÆCULUM Mundi.	Aaron natus est in Ægypto an. M. 2461. Moyfes an. M. 2464. Idem educatus in aula Phara- onis ab hujus filia Thermutide usque ad annum vitæ 40. Mortui sunt hoc seculo omnes undecim fratres Josephi, quo- rum nullus ascendit amplius ad annos vitæ 140. Levi nempe vixit annis 137. Natus est Josue an. M. 2491.	Aaron quamvis ante annum ætatis 83. aut 84. nondum à Deo vocatus aut consecratus Sacerdos fuerit, officium tamen Sacerdotis antè in deserto, tum etiam prius peregrisse credibile facit Historia.  Aaron ex tribu Levi erat, in qua tribu permansit sacerdo- tis dignitas. <i>Salian.</i>	Cum Moyfes ad annum vitæ 40. clam tantum populum Is- raeliticum erudierit, verbisve & factis defenderit, hinc cre- dibile etiam est, eundem varijs vaicinijs in spem erexisse af- flictos Israelitas.  <i>Vide Salianum de instituta- tione Moyfis.</i>

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesie Veteris.	Damna Ecclesie Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
<p>Jacob fugiens ex domo patria ob iram fratris Esau in via Mesopotamiam versus vidit in somno scalam mysticam. <i>Gen. 28.</i> an. M. 2276.</p> <p>Idem ex Mesopotamia rediens luctatus est cum Angelo &amp; laeso femore impetravit ab eodem caelestem benedictionem cum novo nomine <i>Israel.</i> <i>Gen. 32.</i> an. M. 2296.</p>	<p>Isaac secutus est constant exempla patris, adhæsit DEO constantissimè ad annos vitæ 180.</p> <p>Jacob à puero virtuti &amp; literis deditus pro unius DEI cultu egit &amp; tulit plurima. <i>Salian.</i></p> <p>Filij Jacob undecim nunquam adorârunt idola; unde in his augmentum sumpsit hoc &amp; altero seculo Religio vera magnū. <i>Sal.</i></p> <p>Rachel idola patri Labano abstulit &amp; abscondit circ. an. M. 2297.</p>	<p>Esau ducens duas filias alienigenas anno ætatis 40. dedit occasionem idolorum cultui; hinc graviter his nuptijs sese opposuerunt Jacob frater &amp; mater Rebecca. an. M. 2239.</p> <p><i>Gen. 26.</i></p>	<p>Mortua est Rebecca an. ætatis. 118. an. M. 2276.</p> <p>Labanus persecutus est Jacobum post 20. annos in Mesopotamia transactos ob ablata aurea deorum simulacra. an. M. 2297.</p> <p>Jacobo Palæstinam repenti &amp; fratrem Esau metuenti occurrerunt angeli pacis, unde ab Esau amicè exceptus est Jacob; qui sedem primò fixit in Socoth. Inde verò abiit in Salem urbem Sichimorum. an. M. 2298.</p>
<p>Joseph ob rarâ &amp; miram coniiciendorum somniorum peritiam, è triennali carcere à DEO potius quàm ab homine evocatus est ad solium, quod annis 80. ex singulari DEI beneficio occupavit. <i>Bar. &amp; alij passim.</i></p> <p>Jobi tentatio gravissima per 7. aÑos continuata est, ut habet satis communis <i>Histor. opinio.</i></p> <p>Ejusdem Jobi invicta patientia cum mira cœli benedictione conjuncta, quæ reddidit in duplo omnia, præter filios &amp; filias. <i>Lib. Job.</i></p>	<p>Joseph frustra ab heretractus ad flagitium insigni castitatis exemplo dedit augmentum Religioni. <i>Gen. 39.</i> an. M. 2316.</p> <p>Jacob ante agonem inter oracula permulta commendavit coronæ filiorum amorem virtutis &amp; veræ Religionis. <i>Gen. 49.</i> an. M. 2346.</p> <p>Idem Religionis causâ jussit transferri corpus suum ex Ægypto in Palæstinam.</p>	<p>Cacodamon osor Jobi &amp; liberorum ejus optimè educatorum acerrimus concussâ filij primogeniti domo interfecit septem filios &amp; tres filias cum reliqua familia pene univèrsa Jobo toto septenniò cum morbis luctante. <i>Lib. Job.</i> an. M. 2398.</p>	<p>Dina Jacobi filia unica vis illata est à Sichimita principe filiorum Hemmoris, hinc fratres Dina, præcipuè Simeon &amp; Levi sub Spe &amp; specie amicitie ac nuptiarum, eos ad legem circumcissionis accipiendam permoverunt, circumcisos verò proditoriè occiderunt, patre Jacob eam ob stragem plurimum turbato. <i>Gen. 34.</i> an. M. 2305.</p>
<p>Varijs itaque miris modis in lucem prodeunt &amp; nutriuntur Hebræorum proles. <i>Briet. Baron. Salian. &amp; alij, imò ipse liber Exod.</i></p> <p>Moyse raro prodigio servatur à Thermutide Amenophis Pharaonis filia, quæ matri suummet filium dedit nutriendum &amp; ablatandum. <i>Exod. 2.</i></p> <p>Cum Jobi vita continuatur hoc etiam seculo miracula. <i>Salian.</i></p>	<p>Job unus ex nepotibus Esau rarissimo patientie exemplo &amp; filiorum educatione tum hoc tum etiam primo, imò etiam tertio seculo unius DEI cultum valde illustravit. <i>Salian.</i></p> <p>Filij Israel separati ab Ægyptijs habitârunt in terra Gessen, ut non esset occasio seductionis aut idololatriæ. <i>Salian.</i></p>	<p>Beneficiorum à Josepho toti Ægypto præstitorum oblitus Amenophis Ægyptiorum rex mandavit, ut omnes Hebræorum proles masculæ immergerentur aquis. an. M. 2451.</p>	<p>Datum est initium servituti Israelitarum primæ in Ægypto post annos quinquaginta à morte Josephi, puniente Deo in Israelitis maximè idololatriam &amp; scelera alia. Amenophis rex Ægypti tunc erat, sub quo &amp; ejusdem successoribus duravit hæc dura servitus annis serè centum à dato initio, quod fuit an. M. 2451.</p>

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetiæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	<p>Moyſes reliſtâ aulâ Pharaonis ab año vitæ 40. comoratur cum Madianitis uſque ad añum 80. Ducit per annos 40. populum electum ex Ægypto in Palæſtinam; exitus autem Iſraelis fuit an. M. 2544.</p> <p>Eodem hoc M. anno data eſt lex in monte Sinai, &amp; mortuus eſt Jobus.</p> <p>Mortua eſt Maria ſoror Moyſis, imò &amp; ipſe Moyſes in monte Nebone, ex quo proſpexit Palæſtinam an. æt. 120. M. 2583.</p> <p>Jofue fit primus dux an. M. 2584. Eodem año mortuus eſt Aaron.</p>	<p><b>Pontifices Hebrai.</b></p> <p>1. Aaron cum filiis divinitus conſecratus eſt ſacerdos an. M. 2545.</p> <p>2. Patri Eleazar filius ſucceſſit in Pontificatu an. M. 2583.</p> <p>Fuerunt Aaroni præter Eleazarum filij alij ſacerdotes, quorum unus vocabatur Ithamar.</p>	<p>Moyſes varia oracula dixit coram Pharaone &amp; populo Iſraelitico per annos vitæ 40. ultimos. <i>Lib. Exod.</i></p> <p>Balaam Meſopotamiæ vates de venturo Meſſia præclare vaticinatus eſt. an. M. 2583. <i>Num. 24.</i></p> <p>Dedit idem vates dein turpe conſilium Balac Madianitarum regi, ut Iſraelitas faminarum illecebris vinceret, quos vincere non poſſet armis. <i>Num. 31.</i></p>
SÆCULUM Mundi.	<p><b>Judices Hebrai.</b></p> <p>1. Jofue mortuus eſt an. M. 2600. vixit annis 110. vicit regulos univerſim 31. quorum nomina vide <i>c. 12. Jof.</i> dux populi fuit annis 17.</p> <p>2. Othoniel vicit Cuſanum Syriæ &amp; Meſopotamiæ regem. Judex fuit an. 40.</p> <p>3. Aod Eglonem Moabitarum regem gladiò confodit. <i>Jud.</i></p> <p>3. fuit Judex annis 80.</p>	<p>3. Phinees ſucceſſit in Pontificatu an. M. 2601.</p> <p>Mors Phinees an. M. 2640. vixit annis 100.</p> <p>4. Abiſue factus eſt Pontifex an. M. 2641.</p> <p>5. Bocci Pontificatum adiit an. M. 2695.</p>	<p>Prophetiæ, quas etiam Jofue frequenter ſua in vita coram electo populo propoſuerat, valuerunt eodem in populo plurimum etiam hoc ſeculo; unde tam Jofue quàm Moyſis nomina, verba &amp; facta sæpe in ore erant populi Iſraelitici.</p>
SÆCULUM Mundi.	<p>4. Debbora &amp; Barac, quæ hunc adverſus Jabinum Syriæ Regem animavit. an. M. 2721.</p> <p>Ubi Sifara Syrorum Dux clavo in caput adacto occiſus eſt à Jabele. <i>Jud. 4.</i></p> <p>Debbora judicavit an. 40.</p> <p>5. Gedeon cum trecentis viris ex multitudine ſelectis vicit Madianitarum 130000. an. M. 2762.</p> <p>Capti ſunt ab eodem Reges Zebee &amp; Salmana. <i>Jud. 8.</i></p> <p>Judex fuit an. 40.</p>	<p>Bocci Pontifex fuit uſque ad añum M. 2721.</p> <p>6. Ozi in Pontificum numerum &amp; officium venit an. M. 2721.</p> <p>7. Zariaſ verò an. M. 2761.</p> <p><i>De horum aliorumve Pontificum geſtis parum ait, omnino nihil memorat Scriptura &amp; ſacra Hiſtoria.</i></p>	<p>Debbora Baraco Iſraelitarum Duci victoriam in monte Thabor referendam adverſus Sifaram Syrorum præcipem ore prophetico prædixit. <i>Jud. 4.</i></p> <p>Propheta quidam intellecto ſomnio de pane ſubcinericio prædixit victoriam adverſus Madianitas à Gedeone reportandam. <i>Jud. 7.</i></p>

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiae Veteris.	Damna Ecclesiae Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Miræ decem plagæ Pharaoni & Aegyptijs inflictæ. <i>Exod. 7. &amp; seqq.</i> Columna nubis & ignis facta est dux populi ex Aegypto. <i>Exod. 14. &amp; seq.</i> Transijt populus per mare rubrum ad contactum virgæ Moysis divisum. <i>Exod. 14.</i> Manna de cælo mittitur. <i>Exod. 16.</i> Petra Oreb virgâ Moysis percussa dat copiosas aquas. <i>Exod. 17.</i>	Moyses redijt in montem Sinai, & in eo 40. diebus mansit jejunos commendata posteris jejunij laude ac lege. <i>Salian. an. M. 2545.</i> Jussit DEus sanctuarium ædificari, quo nomine sacrum tabernaculum, atriû & arca cum omni sacra suppellectili intelligebatur. <i>an. M. 2545.</i> Initium habuerunt circa hoc tempus sacri ritus ac ceremoniæ in libro Deuteronomij præscriptæ.	Magi Aegyptiaci vehementer se opposuerunt Aaroni & Moysi magicis suis dolis & artibus, atque permittent Deo produxerunt serpentes & alia ad speciem saltè miracula. <i>an. M. 2543.</i> Amenophis Aegypti rex eodem tempore induratus est magis, multis iisque palpabilibus prodigijs minime emendatus. <i>Exodi 7. &amp; seqq.</i>	Ad dissidia inter Israelitas tollenda, eorûmq; lites decidendas constituti sunt à Moysè ex consilio Jethro socii septuaginta iudices minores, majoris momenti causis Moysi supremo iudici reservatis. <i>an. M. 2544.</i> Sunt etiam Authores teste Saliano, qui opinantur hoc tempore vel paulò post magnum Hebræorum consilium fuisse institutum, quod Synedrion posteri vocarunt.
Othoniel Calebi frater dux simul & iudex electi populi prodigiosam retulit victoriam contra Syros. <i>Jud. 3. an. M. 2630.</i> Arca fæderis pergit procedere plura miracula etiam hoc sæculo. <i>Salian.</i> Samgar filius Anath Israelita sexcentos Philistæos percussit vomere & defendit Israel. <i>Jud. 3.</i>	Ossa S. Josephi à Moysè ex Aegypto religionis causa exportata collocantur à fideli populo in Palæstina. Cuius posterijethro amore virtutis in Solitudines migrarunt. <i>Serarius. an. M. 2604.</i> Extincta gemina servitute hoc seculo idololatria vires suas multum amisit. Præmus annus Jubilæus ab obitu Moysis fuit. <i>an. M. 2633.</i>	Israelitæ cum vicinis Chananæis, Hethæis aliisque illicra connubia celebrarunt, & successu temporis eorum DEOS adorârunt, tribus in idololatriam prolapsis tribubus. <i>Sulpitius Sever. an. M. 2612.</i> Eodem tempore Michas Ephraimites novum idolum proposuit, quod Israelitarum nonnulli præsertim ex tribu Dan usque ad Samuels tempora coluerunt. <i>Jud. 17.</i>	Levitæ cujusdam uxor ob nimiam Beniaminitarum libidinem & vim mortua est, unde bellum grave inter ipsas Israelitarum tribus ortum est, quo tribus Benjamin ferè tota est deleta. <i>Jud. 19. &amp; 20. an. M. 2622.</i> 2. Judæorum servitus sub Cusano Syriæ & Mesopotamiæ rege duravit annis. 8. 3. Servitus sub Eglone Moabitarum rege duravit annis 18. 4. Servitus fuit sub Jabino Chananæorum rege, è qua erepti sunt Israelitæ per Debboram & Baracum; duravit autem annis 20. 5. Servitus sub Madianitis, quorum plures quàm 100000. prodigiosa pugnâ & victoriâ deleuit Gedeon. Duravit hæc servitus annis 8. Mortuus est Gedeon <i>an. M. 2800.</i>
Gedeon hortante Angelo idolum Baalis & lucos evertit promisso è cælis auxilio animatus contra Madianitas. <i>Jud. 6. an. M. 2761.</i> Idem velleris duplici miraculo aliisque prodigijs animosior rejectis omnibus alijs armigeris per viros trecentos tubis ac lampadibus instructos armatum hostis exercitum fudit, & pacem in annos quadraginta Israelitis restituit. <i>Jud. 6. 7. 8. &amp; 9.</i>	DEus per Debboram restituit in populo electo suum sibi cultum. Gedeon & verbis & factis defendit veri Numinis cultum, idololatriam verò extirpare penitus laboravit, unde Jerobaal dictus est quia de nocte aram Baalis destruxit, aliâque eodem in loco in unius Dei honorem erexit. <i>Jud. 6. &amp; 7.</i>	Inter Hebræos hoc tempore fuit etiam Gedeonis pater, qui Baal adoravit, & ejusdem cultum pro viribus promovit, antequam Gedeon destruxit aram Baalis. <i>Jud. 6.</i> Madianitæ adversati sunt plurimum unius Dei cultui: iisdem se etiam junxerunt Amalecitiæ & alij Orientis populi, omnes cultores Baalis idoli. <i>Jud. 6. &amp; 8.</i>	

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.	
SÆCULUM Mundi.  XXIX.	6. Abimelech Gedeonis filius judex patri minimè similis oc- cidit 70. suos fratres an. M. 2801.	8. Merajoth dictus est Pon- tifex an. M. 2801.	Jephte primùm ex patria do- mo ejectus, dein verò dux ele- ctus Spiritu Dei repletus est, & Israelitis ad arma capeffenda animatis prædixit, atque pro- miffit victoriam adversus Am- monitas.	
	7. Thola nepos Gedeonis fuit Jud. 23. fuit judex an. 3.	9. Successit in Pontificatu Amarias an. M. 2842.	10. Achitob ultimus ex stem- mate Elcazari Pontifex factus est an. M. 2880.	<i>Salian.</i>
	8. Jair Galaad pater 30. filiorum fuit judex an. 22.	<i>Ita Salianus habet a- lijs eidem repugnanti- bus.</i>		
	9. Jephthe ob votum editum fit victor Ammonitarum & Philistæorum an. M. 2849.			
	Judex fuit an. 5. aut 6.			
	10. Abefan pater 30. filiorum & 30. filiarum fuit judex an. 7.			
	11. Elon fuit judex an. 10.			
	12. Abdon judex fuit an. 8.			
	13. Samson factus est judex an. M. 2880.			
	fuit autem judex an. 20.			
	SÆCULUM Mundi.  XXX.	14. Heli fit judex an. M. 2900. occifis in bello filijs mortuus est Heli an. M. 2941.	11. Heli simul Pontifex & ju- dex an. M. 2900. Descendit Heli ex stemmate Ithamaris, qui fuit alter filius Aaronis. <i>Salian.</i>	Heli prædixit Annæ uxori Elcanæ filium, qui fuit Samuel Propheta an. M. 2901.
		fuit judex an. 40.		Propheta quispiam, cujus nomen non proditum est in Scriptura, nuntiavit familiæ Heli ob immorigeros filios rui- nam futuram. an. M. 2912.
		15. Samuel factus est judex an. M. 2942.	Ophni & Phinees filij Heli cæsi sunt in acie, ubi capta est arca fæderis an. M. 2939.	Eandem Prophetiam novo oraculo confirmavit puer duo- dennis Samuel ter in somno à DEO vocatus 1. Reg. 3. an. M. 2913.
judicavit populum ad Saulis regimen usque an. 22.		12. Achitob II. Heli nepos filius Phinees factus est Ponti- fex an. M. 2940.		
Reges Hebræi.		13. Achimelech an. M. 2962.		
1. Saul factus est Rex an. M. 2962.		14. Abiathar an. M. 2975.		
regnavit annis 18.				
2. David primò inunctus est, cùm esset annorum 19. an. M. 2969.				
occidit Goliath an. æt. 21.				
Iram Saulis sustinuit an. 7. cæpit regnare an. æt. 29. Natus est Salomon an. M. 3000.				
anno patris 50.				

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiae Veteris.	Damna Ecclesiae Veteris.	Belli, Dissensiones, & alia varia.
Jephte nuncupato voto Ammonitas prodigiosè vicit, urbes eorum 20. cepit locis reliquis intulit vastitatem. <i>Salian.</i> an. M. 2849.	Ruth celebrat matrimonium cum Booz Deo probatissimum; fuit autem Booz virtutis religionis addictissimus; fuit adhuc pater Obed, qui erat avus Davidis. <i>Lib. Ruth.</i> an. M. 2810.	Gedeone vix extincto Abimelech ejusdem filius Judicis potestatem maxime ambiit & civili bello, idololatriæ & alijs permultis malis gravissimis materiam dedit. an. M. 2801.	6. Servitus sub Ammonitis, qua liberati sunt duce Jephte. Duravit hæc servitus. an. 18. 7. Servitus sub Philistæis, quæ initium habuit circa an. M. 2860.
Samson sitiens fufus ad Deum precibus ex maxilla asini fontem elicit. <i>Jud. 15.</i> an. M. 2881.	Jephte victis Ammonitarum copijs voti reus filiam suam DEO immolavit. <i>Jud. 11.</i> an. M. 2849.	Israelitæ relicto vero Numine cum Baalim fœdus iniierunt, penitus immemores beneficiorum DEI. <i>Eod. an.</i> Extincta est hoc tempore pene tota familia Gedeonis.	Finita autem est primùm in morte Samsonis, qui pene omnes Philistæorum principes secum in ruinam traxit an. M. 2899.
Idem urbis Gazæ portam in verticem montis asportavit an. M. 2884.			
Idem patris prodigijs elijs recipiens à DEO cune crine vires & duas ædium columnas concutiens tria Philistæorum millia secum in ruinam traxit. <i>Jud. 16.</i> an. M. 2900.			
Arca DEI à Philistæis capta idolum Dagonis loco suo primùm deiecit, deinde verò suis membris mutilavit. <i>1. Reg. 5.</i>	Samuel omni ratione non modò conservare, sed & augere conatus est cultum DEI. Saul per duos annos implevit in omnibus DEI voluntatem rex religiosissimus, unde aliquando dicitur duos regnasse annos. <i>Salian.</i>	Filij Heli Sacerdotis munere functi sunt sacrilegè & multa dederunt scandala à DEO punita. Saul capto regi Agag contra DEI mandatum pepercit & ob hoc rejectus est à Deo detrimento Religionis maximo. <i>1. Reg. 15.</i>	Sauli bellum moverunt Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, reges Saba seu partis Syriæ, Philistæi & Amalecitæ, quos omnes novus Israelitarum rex intra triennium vicit. Inde verò Agag Amalecitarum regi capto contra mandatum DEI pepercit, & ideo à DEO rejectus est an. regni 7.
Arca à Philistæis plastro imposta nullo rectore à vaccis Bethsamem Hebræorum urbem devecta est euciter an. M. 2941.	Anima Samuelis ex speciali DEI beneficio apparuit Sauli. an. M. 2979.	Instigante Doeg jussu Saul Achimelech cum 83. Sacerdotibus cæsus est. <i>1. Reg. 22.</i> an. M. 2974.	David usque ad 20. ætatis annum pavit oves, ubi jam partem psalmodum composuit.
Bethsamitarum millia divinitus perierunt ob arcam curioso oculo inspectam. <i>cod. an. 1. Reg. 6.</i>	David rex constanter religiosissimus coram populo exultans reducem à Philistæis arcam collocavit primùm in domo Obededom, inde verò in domum David transtulit. <i>2. Reg. 6.</i> an. M. 2989.		Per annos 7. aut plures pertulit persecutiones Saulis, qui ab armigero suo occisus est. an. M. 2979.
Dum magnificè ex urbe Cariathiarim transportata est arca in Sion, Oza Levitam ausus temerè contingere repente cecidit mortuus. <i>2. Reg. 6.</i>			

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Propheta Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	3. Salomon regnare cæpit vi- vo adhuc patre an. æt. 20. M. 3020. Mortuus est David an. M. 3021. Salomonem adit regina Saba an. M. 3047. Initium ruinæ Salomonis an. M. 3048. Mortuus est an. æt. 60. M. 3060.	Abiathar depositus est à Sa- lomone an. M. 3021. 15. Sadoc inunctus est Ponti- fex eodem anno. 16. Achimaaz filius Sadoc, gener Salomonis successit patri in Pontificatu an. M. 3060. 17. Azarias Achimaaz filius successit patri an. M. 3077. 18. Johanan Azariæ filius an. M. 3095.	David Propheta prophetias plurimas dixit & scripsit, ut satis indicat liber Psalmorum. Tulit hoc seculo mala pluri- ma David rex, quæ prædixit Nathan Propheta ob adulte- rium cum Bethsabæa commis- sum an. M. 2999. 2. Reg. 12. Ahias prædixit Salomoni di- visionem regni Israelitici. an. M. 3059.
XXXI.	Regnum divisum. <i>Reges Juda.</i> 1. Roboam. re- gnav. an. 17. 2. Abiam. an. 3. 3. Afa pius hoc & sequente se- culo an. 41.	<i>Reges Israel.</i> 1. Jeroboam. r. an. 21. 2. Nadab. an. 1. 3. Baasa an. 23.	
SÆCULUM Mundi.	3. Mortuus est Baasa mortuus Afa an. M. 3121. est an. M. 3105. 4. Jolaphat. reg. 4. Ela reg. an. 2. an. 24. 5. Zambri dieb. 7. 5. Joram. reg. 4. 6. Amri an. 12.	19. Azarias Pontifex crea- tus est an. M. 3121. 20. Amarias successit an. M. 3138. 21. Joiadas Pontificatum magno animo suscepit an. M. 3151. Athalam reginam ex tem- plo expulit an. M. 3157. Joam regem regnare optime docuit an. M. 3158. 22. Pedaias filius Joiadæ Pontificatum parum felicem adiit an. M. 3185. 23. Sedecias successit an. M. 3197.	Elias prædixit Achab defe- ctum pluviarum & futuram fa- mem. 3. Reg. 17. an. M. 3123. Idem in monte Horeb divi- no fruitur alloquio, post quod prædixit Hazaeli duci Syriæ regnum. 3. Reg. 19. an. M. 3124. Ochoziæ regi nuntiavit mor- tem ob missos oratores ad Beelzebub in Accaron urbem. 4. Reg. 1. Similia multa oracula dixit Elsæus & Propheta alij, uti satis ipsa testatur scriptura.
XXXII.	6. Ochozias. r. 7. Achab. an. 22. 7. Athalia re- 8. Ochozias gina 6. an. 1. 8. Joas. 40. 9. Joram an. 12. occisus est 10. Jehu an. 28. an. M. 3196. 11. Joachaz an. 17. 9. Amasias re- 12. Joas an. 16. gnavit hoc & qui cepit solus sequenti secu- regnare an. M. lo an. 29. 3195.		

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesie Veteris.	Damna Ecclesie Veteris.	Bella, Diffensiones, & alia varia.
<p>Pestus à DEO immissa ob enumeratum vanè à Davide militem 70000. absumpsit, angelo in vaginam mittente gladium cessavit subito. 2. Reg. 24.</p> <p>Salomon post oblatum in urbe Gabaone Sacrificium à DEO in somnis miram obtinuit sapientiam an. M. 3012.</p> <p>3. Reg. 3.</p> <p>In Dedicacione templi præter mira alia majestas Dei stupentibus cunctis implevit templum; nubes &amp; ignis de cælo descendit &amp; audita est vox divina &amp;c.</p> <p>2. Paralipp. 7. an. M. 3030.</p> <p><i>Salian.</i></p>	<p>David ingentem aurum summam contulit, ut tandem digna Deo ædes extuereetur. Salomon per annos vitæ 47. auxit &amp; conservavit cultum Dei.</p> <p>Templum Salomonis perfectum est an. M. 3030.</p> <p>Eodem hoc anno celebrata est omnium prima templi Dedicatio. 2. Paralipp. 7.</p> <p>Regina Saba juxta aliorum mentem amplexa est unius DEI cultum an. M. 3047.</p> <p><i>Salian.</i></p>	<p>Duxit Salomon uxores &amp; concubinas mille; his ut placeret, eandem Diis templa &amp; aras ædificavit, imò ipse tandem adoravit ex rege sapientissimo factus insipientissimus apostata circiter an. M. 3047.</p> <p>Roboam filius Salomonis rex Juda, &amp; Jeroboam rex Israel uterque idola coluerunt summo religionis damno ad plerosque reges descendente.</p>	<p>Regimini Davidici 20. anni fausti, 20. verò posteriores minus fausti fuerunt: an. regni 20. à Nathan ob commissa crimina correptus est. an. 21. Thamar filia ab Ammone vini passa est. 23. Ammon ab Absalone in convivio occisus est. an. 29. Absalon Patrem regia expulit urbe, ubi Semei maledictis &amp; lapidibus regem petijt. Eodem tempore Absalon corripit ex quercu. an. 31. populus movit novam seditionem &amp;c. an. 32. 33. &amp; 34. fames regnum pressit. annis sequentibus ad bella periculosa provocarunt Philistæi.</p>
<p>Elias in Sarepta oppido resuscitavit viduæ filium. Idem vocavit de cælo ignem &amp; Baalis Sacerdotes occidit. 3. Reg. 17. &amp; 18.</p> <p>an. M. 3126.</p> <p>Idem patris per multis alijs prodigijs pallio suo per Jordanem sibi &amp; Eliseo viam fecit, &amp; dein raptus est curru igneo an. M. 3139.</p> <p>Eliseus duplici Eliæ spiritu plenus accepto ejusdem pallio superavit denuo Jordanem.</p> <p>Idem Sunamitidis filium revocavit ad vitam.</p> <p>an. M. 3150.</p> <p>Naaman Syrus sanatus est in Jordane 4. Reg. 5.</p> <p>an. M. 3150.</p> <p>Jonas in ventre piscis tri-duo servatus est.</p> <p>an. M. 3216.</p>	<p>Asa &amp; Josaphat reges Judæ restituerunt plurimum religionis amorem hoc sæculo.</p> <p>Elias &amp; Eliseus inter plurima pericula &amp; difficultates maximas fuerunt toti in cultu veri Numinis conservando &amp; augendo. 3. Reg. 18. vide etiam lib. 4. Reg.</p> <p>Jonas pœnitentiam prædicavit Ninivitis successu admodum prospero.</p> <p>Jon. 3. &amp; 4.</p>	<p>Ex Judæ regibus hoc sæculo idola coluerunt Joram, Ochozias, Joas, in fine etiam Amasias:</p> <p>Ex regibus Israel pene omnes superius relaxecepto Joa rege.</p> <p>Samaria urbs ædificatur Hierosolymæ æmula, unde inter Samaritanos &amp; Judæos nata lites &amp; discordia.</p> <p>Ahab &amp; Jezabel persecuti sunt summò odio religionem veram &amp; ejusdè æstimatores.</p>	<p>Zamri Elæ Isaelitarum regi temulento vitam eripuit, verum &amp; ipse Zamri dierum 7. duntaxat rex ab Amri inclusus in urbe Samaria se cum universa domo regia incendio extinxit.</p> <p>Asa rex Judæorum pugnavit contra Isaelitas &amp; ab iisdem Benadabum Damasci regem datâ auri summâ abalienans ab Hanan propheta DEO jubente est castigatus.</p> <p>Josaphat rex numeravit suo in exercitu milites 1160000.</p>

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Propheta Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Amafias 29.	12. Joas hoc tū priori secul. 16.	23. Sedecias.
	Occisus est. an. M. 3225.	13. Jeroboã II. 41.	24. Joel.
XXXIII.	10. Ozias. 52. propter atten- tatum sacrifi- cium leprâ in- fectus est. an. M. 3274.	14. Zacharias M. 6.	25. Joathaa.
	11. Joathas rex constan- ter bonus 18.	15. Sellum. M. 1. 16. Manahen. 10. 17. Phaceja. 2. 18. Phacee. 20. 19. Oseas. 18.	26. Urias, qui ex timore et- ga Achaz regem curavit fieri altare idolorum cultui adapta- tum. an. M. 3297.
SÆCULUM Mundi,	12. Achaz tum hoc, tum sequenti se- culo 14.	qui defecit ab Assyrijs an. 3311. unde Samariã in annum 3. occupa- patã regnum Is- rael excisum est. 3314.	Osæ prædixit decem tribu- bus dispersionem. <i>Os. 6</i> <i>seqq.</i> an. M. 3227.
	Achaz impius reg. an. 14. Mortuus est. an. M. 3309.	13. Ezechias Pius reg. an. 29	Joel Judæis captivitatem Ba- bylonicam nuntiavit eod. an. <i>Joel. 1.</i>
XXXIV.	4. Manasses reg. an. 55.	Emendatus est in Assyrio- rum carcere ex rege pessimo factus optimus.	Amos contra Damascum, Tyrios, Syros, Moabitas &c. vaticinatus est. Item decem tribubus captivitatem novo oraculo confirmavit. <i>Amos 1.</i> <i>seqq.</i> circa an. M. 3248.
	15. Amon reg. an. 2. 16. Josias reg. an. 31.	Fuit post Davidem rex opti- mus & religiosissimus, occidi jussit & incendiõ deleri 70. aruspices & sacrificulos unius DEI cultui pertinaciter resi- stentes circ. an. M. 3402.	Vixerunt circ. an. M. 3251. Esaïas, Abdias, Jonas, Joel, Micheas, quorum ultimus præ- dixit supremam Israelitarum cladem. an. M. 3290.
		Urias fuit Pontifex usque ad an. M. 3309.	Esaïas postquam prædixit jam conceptum virgineum, totus fuit in prænunciando Christi adventu, vita, miracu- lis, prædicatione, passione, vocatione gentium cæterisque Christianæ religionis Myste- rijs. <i>Lege à cap. 40. usque ad finem.</i> an. M. 3327.
		27. Nerias.	Ad hoc tempus etiam perti- net prophetia Habacuc contra Judæam & præcipuè Hieroso- lymam.
		28. Osaïas.	Item etiam Prophetia Na- hum.
		29. Joachina.	
		30. Sellum.	
		31. Helzias creatus Pontifex an. M. 3395.	

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiae Veteris.	Damna Ecclesiae Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
<p>Elisæus mortuus dedit vitam mortuo per contactum suorum ossium. 4. Reg. 13. an. M. 3205.</p> <p>Ozias rex Juda dum Sacerdotibus frustra reclamantibus Thus incendit, subito leprâ infectus est. 2. Paralip. 26. an. M. 3274.</p> <p>Esaïas propheta vidit DEum sedentem super solium excelsum; tunc etiam ignito calculo, quem unus de Seraphim forcipe de altari sumpserat, purgata fuerunt prophetæ labia, quæ calculo mirus prophetiæ spiritus significabatur an. M. 3277.</p>	<p>Ozias &amp; Joathas Judæ reges religioni dederunt incrementum, quorum ultimus constantissimè adhæsit unius DEI cultui: primus verò semel inaus Sacerdotis invadendo peccavit &amp; peccatum longâ pœnitentiâ expiavit.</p> <p>Joas juxta prophetiam Elisæi ter de Syris gloriosâ victoriâ reportatâ in regno Israel conservavit &amp; auxit DEI cultum, an. 3205 &amp; seqq.</p>	<p>Amasias Rex Juda victis Idumæis eorum idola veneratus an. M. 3208.</p> <p>Idem temere Joæ Israëlitarum regi bellum inferens victus &amp; Hierosolyman redactus est, diruta muri parte. an. M. 3210.</p> <p>Achaz rex Judæ noxiam valde religioni societatem iniit cum Theglath Philassar Assyriorum rege; in altari enim idololatriæ obtulit victimas; dein verò sacra vasa ex templo eripuit, illudque clausit, idola insuper multiplicavit &amp; infantes igne lustravit. an. M. 3298.</p> <p>Reges Israel plerique hoc seculo pro religione haud quaquam fuerunt.</p>	<p>Manahen rex Israel cum invasisset ipse prius regnum Israel, timens sibi à subditorum &amp; aliorum infidijs, Phul Assyriorum regem in subsidium vocavit, cui tandem factus ipse subditus &amp; vectigalis. an. M. 3265.</p> <p>Phaceia filius Manahen à Phacee suo duce est interfectus an. M. 3276.</p> <p>Post interfectum proditoriè regem Phacee solium Israel conscendit factus rex impius &amp; injustus per annos 20.</p>
<p>Oraculum Isaïæ de vita Ezechiae regis producenda confirmavit umbra decem lineis in horologio Achaz retrocedens sole umbriâ dirigente. Isaïæ 38 an. M. 3322.</p> <p>Assyriorum centum octoginta quinque millia eadem nocte caesa sunt ab Angelo. 4. Reg. 19. an. M. 3323.</p> <p>Senior Tobias Archangeli Raphaelis beneficio recepit lumen oculorum. Tob. 11. an. M. 3335.</p> <p>Eodem seculo occisi sunt septem viri Saræ Raguelis filia, quæ nupsit hortante angelo Tobia juniore. Tob. 6.</p>	<p>Ezechias &amp; Josias ex regibus Juda toti pro religione hoc sæculo fuerunt. Ezechiae tempore Sacerdotes Salomonis parabolas examinârunt, probas ab improbis, veras à falsis secernentes. Phasæ iterum celebratum est ab universo populo.</p> <p>Manasses exantlatis malis maximis totus à se mutatus regendi Methodum mutavit, deorum simulacra destruxit.</p> <p>Judith occidit Holofernem an. erat 33. an. M. 3346.</p>	<p>Achaz rex in impietate sua sicut vixit ita &amp; mortuus est. an. M. 3309.</p> <p>Manasses primis regni sui annis Baali aras &amp; lucos restituit, tomnia &amp; auguria observavit, magicis artibus se imbui permisit, alios plurimos innocentes occidit.</p> <p>Liedt rex Ezechias &amp; Josias virtuti &amp; religioni constanter fuerint addicti, ob multitudinem tamen scelerum in populo imminere magis ac magis ceperunt mala à Prophetis prædicta sapius.</p>	<p>Samaria per Salmanasarem Assyriorum regem capta est, abductæ cum Osce rege decem tribus Israel, inter quas emisit plurimum Tobias sua cum familia. an. M. 3315.</p> <p>Ezechias ostensis thesauris Assyriorum legatis intellexit mox ex Esaïa propheta, hos ipsos thesauros unâ cum regis liberis venturos brevi in potestatem Assyriorum regis. an. M. 3324.</p> <p>Initium regni Babylo-nici. 3333.</p>

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Jofias mortuus est an. M. 342.	Helzias fuit Pont. usque ad an. M. 3425.	Jeremias suscitatus est à Deo ad denunciandam eadem Hierosolymæ 3407.
	17. Joachaz reg. M. 3. 18. Eliazim seu Joakim an. 11. Sub hoc rege contigit transmigratio Babylonis an. M. 3436. Occisi cadaver extra urbis mœnia projectum est eodem anno.	32. Azarias IV. 33. Saraias. 34. Josedeck qui iunctus est Pontifex an. M. 3447.	Hoc seculo nati sunt Ezechiel, Daniel, Baruch. Jeremias in Ægypto post multas tribulationes lapidibus obrutus an. M. 3448. Esaias jubente Manasse lignea serrâ dissectus est an. M. 3340.
XXXV.	19. Joachim reg. M. 3. in carcere à Nabuchodonosor detentus est. an. 37. 20. Sedecias reg. an. 11. Initium captivitatis Babylonicæ factum an. M. 3447. Nabuchodon. Judæis imperavit an. 25. Elvimerodach, filius Nabuchodon. 23. Balthasar hoc & sequenti sæculo. 22.	Fuit Pontifex per annos 70.	Ezechiel in Chaldæa est interfectus an. M. 3462. Habacuc à priori alius ex Judæa Babylonem translatus est. Daniel. 14. an. M. 3473.
SÆCULUM Mundi.	Balthasar rex occisus est an. M. 3516. Eodem anno finita est captivitas Babylonica, quæ duravit annis. 70.	Josedeck usque ad an. M. 3516. 35. Josue fuit Pontifex annis 50.	Aggæus & Zacharias prædixerunt templi secundi gloriam. an. 3533. Hoc Seculo Prophetias plurimas dixit Daniel, qui mortuus est an. ætatis 110. M. 3535.
	XXXVI.	Perfarum Imperium. an. M. 3517. 1. Cyrus Judæos benignè habuit an. 7. Sub eodem dux fuit Zorobabel regis Eliazim filius. 2. Cambyles durus fuit in Judæos an. 7. 3. Darius Hystaspis Judæos fovit an. 35. 4. Xerxes reg. an. 22. 5. Artaxerxes erga Judæos optimus regnavit an. 40.	Pontifices & Duces simul fuerunt sequentes. 36. Joakimus creatus Pont. & dux an. M. 3568. 37. Eliasib. Tempore Darij Hystaspis junctus est Pontificatus Ducis officio.

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Daniel annorum 13. puer jam iudex Susannam in ju- dicio absolvit, duos senes condemnavit lapidibus in- nocenti Susannæ jam pa- ratis obrutos. <i>Daniel. 13.</i> an. M. 3438.	Jeremias, Ezechiel, To- bias junior, Daniel, Ba- ruch, Judith, Susanna, Salathiel, aliæque viri & fa- mina uni Deo addictissimi in primis curis habuerunt religionis Zelum. <i>Lege Prophet. Item lib. Tob. &amp; Judith.</i>	Eliazim rex Juda crude- lis Uriam Prophetam ex Ægypto retractum in Ju- dæam, occidi iussit, Jere- miæ aliisque bonis finem pœnam minatus est. Idem rex & cum eodem decem tribus Babylonem transmigrare iussit. Contigit ruina & defla- gratio urbis Hierosolymæ duce Nabuzardan. Sede- cias rex relicto Jeremiæ vaticinio credidit pseudo- prophetis; unde in fuga capius atque oculis orba- tus est, postquam eo præ- sente liberi regis & amici sunt interfecti an. M. 3447.	Necho Ægypti rex confluxit cum Josia rege Juda, qui accepto in pu- gna vulnere mortuus est ingenti subditorum luctu an. M. 3425. Eversum est regnum Ju- da an. M. 3446. Stetit à Saule annis 485. templum duravit an. M. 424. Nabuchodonosor in bo- vem mutatus an. M. 3464. Septem annis sequenti- bus per sylvas vagatus est. Mortuus Nabuchodonosor an. M. 3472. Salvum factum esse scribit S. Augustinus.
Sidrach, Misag & Ab- denago statuas Nabucho- donosoris non adorantes conjecti sunt in accensam fornacem, quos tamen flamma illætos conserva- vit. <i>Dan. 3.</i> an. M. 3456.	Judæi hortante præci- pue Daniele post transmi- grationem Babylonis ad virtutis & religionis stu- dium ardentius incubue- runt, quam in Judæa, do- cti malis sapere.	Rex Balthasar vasa sacra adhibuit in convivio ulti- mo. Cambyfes veriùs tyran- nus quam rex persecutus est Hebræos & veram reli- gionem, unde etiam ædi- ficationem templi Hiero- solymitani impedijt, quam Cyrus ejusdem pater jam concesserat. Hostes judæorum omni- ratione laborârunt & vi & fraudibus impedire restau- rationem templi Hieroso- lymitani, sed repulsi sunt à Dario Hystaspæ. <i>1. Esdr. 4. Item 2. Esdr. 6.</i>	Finis regni Babylonici fuit an. M. 3816. Judæi quamvis post im- pletos 70. annos in capti- vitate, Persarum Regibus fuerint subjecti, & rursus frui cœperint majori li- bertate, instar pilæ tamen suis ab hostibus semper fuerunt jactati, ut etiam magis apparebit ex seculis subsequentibus. Cambyfes post varia crudelitatis patrata faci- nora in sororem, aulicos, aliisque personas regias tan- dem suomet occiditur gla- dio an. M. 3534.
Daniel inter leones con- servatus & passus per Ha- baeuc Prophetam. <i>Dan. 14.</i> an. M. 3473.	Daniel draconem ab alijs adoratum mirè dirupit. an. M. 3473.	Jeremias vidit virgã vi- gilantẽ & ollã succensam, quibus mala prædiceban- tur plurima an. M. 3406. Rex Babyloiorum Bal- thasar in convivio vidit cælesti manu exarati cha- racteres in pariete, quibus eidem denuntiata est mors & regno finis. <i>Daniel. 5.</i> an. M. 3516. Cyrus intellecto Itaiæ vaticinio motus Judæis Hierosolymam redeundi potestatem fecit, simulque sacra vasa restituit, quæ abstulit Nabuchodonosor. <i>1. Esdræ 1.</i> an. M. 3517. Audita disputatione Zo- rababelis & duorum so- ciorum judæorum Darius Hystaspis sententiam tulit pro judæis de restaurando templo. an. M. 3533.	Templum Hierosolymi- tanum à Nabuchodono- sore destructum, instaura- tur, aut illud potius res- taurandi dedit copiam rex Cyrus, quam ratam etiam habuit Darius I. Hystaspis concedens multa alia Ju- dæis dona & privilegia. <i>1. Esdr. 6.</i> Judæi iterum Hieroso- lymis Dedicationem tem- pli & festa Paschalia ce- lebrârunt. circ. an. M. 3537. Esther, Mardocheus & Esdras inceperunt florere sub Artaxerxe Longimano an. M. 3592.

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXXVII.	Mortuus est Artaxerxes. 3629.	Eliasib fuit Pont. & dux us- que ad an. M. 3630.	Esdras fuit Sacerdos, quem plerique prophetam fuisse ag- noscunt, teste Salmano circa an. 3608.
	6. Darius Nothus, (cui an- teponunt alij Xerxem II.) non immutavit decreta antecesso- rum suorum. reg. an. 20.	38. Joiachas. 39. Jonathas. 40. Jeddos seu Jaddus Pont. factus an. M. 3690.	Initium 70. Hebdomadum à Daniele Propheta prædicta- rum est annus M. 3609.
	7. Artaxerxes Memnon rex præstantissimæ memoriæ. an. 40.		Continent autem hæ Heb- domades annos 490. non So- lares sed Lunares tantum; quæ diebus decem & aliquot horis sunt breviores.
	8. Artaxerxes III. seu Ochus regnavit. an. 22.		
SÆCULUM Mundi. XXXVIII.	Artaxerxes Ochus an. M. 3709. redijt victor ex Ægypto in Asiam, atque ex Ægypto in Hyrcaniam & mare Caspium multos Judæos transtulit. 9. Arsames à Bagoa spado- ne occisus est an. M. 3715. reg. an. 3. 10. Darius Codomannus reg. an. 9. Imperium Persarum ever- sum 3724. Stetit annis. 208. Alexander M. Hierosolymam ingressus est. an. M. 3722. Mortuus est an. M. 3731. Ptolomæus Lagi Ægypti rex Hierosolymam occupavit ope- rà Seleuci Nicanoris an. M. 3732. Ptolomæus Philadelphus successit an. M. 3769.	Jaddus fuit Pontifex usque ad an. M. 3730. 41. Onias I. 42. Simon. II. 43. Eleazar II. 44. Manasses factus Ponti- fex & dux an. M. 3798.	Quamvis hoc & sequentibus seculis nihil vel in Scriptura vel Partibus inveniatur de Pr. phe- tis veris, invenitur tamen plu- rimum de eventibus, quos ad hæc secula prædixerunt; ve- luti sunt de templo ædifican- do, de malis plurimis perse- rendis.

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiae Veteris.	Damna Ecclesiae Veteris.	Bella, Diffensiones, & alia varia.
<p>Nehemia duce Sacerdotes ex Babylonica captivitate reduces abscisum à majoribus suis sacrum ignem dum quæsierunt, eundem in crassam aquam conversum invenerunt, quæ aqua super victimas &amp; ligna Nehemix jussu aspersa in ignem mox conversa est, quo sacrificium ritè institutum est an. M. 3633.</p>	<p>Aman Assueri seu Artaxerxis Longimani minister primus obtulit regi decem milia talentorum, ut gentem Hebræam penitus eradicaret, cujus petitioni annuit primùm rex sed nondum cognitâ satis causâ, auditâ verò Esthere &amp; mutatâ sententiâ occisa sunt impudè ex Hebræorum hostibus 75000. Amiano cum decem filijs in crucem actis. an. M. 3601.</p>	<p>Noadia, Semejas &amp; Pseudo-prophetæ alij cum Judæorum hostibus plurimis etiam hoc seculo valde obstiterunt Nehemix &amp; reliquo fidei populo, quò minùs urbs Hierosolyma extrueretur. <i>Salian.</i> an. M. 3609.</p>	<p>Esdras Sacerdos tum hoc tum priori seculo inter difficultates maximas maximam operam contulit ad conservandam &amp; augendam veram Religionem; sacrificia enim fieri curavit; libros sacros reparavit; populum DEI legem docuit; matrimonia illegitima abrogavit; eam in rem idoneos judices constituit. In Persia orta sunt bella intestina inter Artaxerxem Memnonem &amp; fratrem Cyrum, quorum hic in acie occubuit.</p>
<p>Specialis favor Divini Numinis exhibitus est Judæis in convertendo ad eorum partes rege Longimano, in contrahendis nuptijs cum Esthere, in sumptibus dandis pro ædificatione Hierosolymæ circ. an. M. 3600. &amp;c.</p>	<p>Mardocheus fuit Typus Christi, Esther verò B. Virginis. <i>Salian.</i> Muri Hierosolymæ intra 52. dies restaurati sunt. an. M. 3609.</p>	<p>Mortui sunt Artaxerxes Longimanus &amp; Nehemias ingenti luctu tam Persarum quàm Judæorum. an. M. 3629.</p>	
<p>Jaddus Pontifex iram Alexandri M. primùm à Judæis offensus &amp; ideo Hierosolymam properantis metuens, doctus est divinitus cum Sacerdotum agmine venienti obviam procedere, hinc Alexander venerabundus ad Pontificem accessit, &amp; divinam in Tiara nomen mirò splendore effulgens adoravit. <i>Briet. &amp; alij.</i> an. M. 3722.</p>	<p>Alexander M. in templo Hierosolymitano victimas vero Deo immolavit, modo tamen à vero Deo satis alieno. an. M. 3722. <i>Salian. &amp; alij.</i></p>	<p>Manasses frater Jaddi Pontificis duxit Sanaballetis Samaritani filiam, quæ nuptiæ dederunt ansam Schismati inter Judæos &amp; Samaritanos orto an. M. 3718.</p>	<p>Artaxerxes Ochus fratribus per summam injuriam sublatis ex consilijs &amp; operâ Bagoæ ducis varia patravit crudelitatis plena facinora; unde etiam Judæos variè vexavit. Extincta est hoc seculo in Artaxerxe ejusque liberis familia regis Hystaspis; Darium enim Codomanum ex regia Familia non fuisse asserunt <i>Strabo &amp; Justinus.</i></p>
<p>72. Interpretum ex tribus Israel electorum mirus consensus in vertendis SS. Biblijs ex Hebraico Idiomate in Græcum, qui factus est in Insula Pharo. an. M. 3775.</p>	<p>Libri SS. Bibliorum ex Hebraico idiomate in Græcum versi, fecerunt apud Græcos magnam æstimationem veræ religionis, Philadelpho rege literarum amantissimo præclarum exemplum suis subditis præbente.</p>	<p>Sanaballetes ad Alexandrum à Dario deficiens, ut stabiliret magis nuptias inter Manassem &amp; filiam suam celebratas, permitte Alexandro M. erigicuravit templum in Samaria, quod semper erat æmulum Hierosolymitano, creatus est ibidem etiam Manasses Pontifex novus. an. M. 3722.</p>	

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Propheta Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Mortuus est Philadelphus an. 3806. Ptolomæus Evergetes eodem anno succesit patri Philadelpho. Philopator Evergetis filius factus rex. an. M. 3833.	Manasses fuit Pont. & dux usque ad an. M. 3806 45. Onias II. solvit tribu- tum Evergeti an. M. 3811. 46. Simon II. 47. Onias III. Pontifex usque ad an. M. 3882.	
XXXIX.	Antiochus M. Syriæ rex pugnans contra Philopatorem, etiam Judæam peragravit an. M. 3837. Philopator victor Antiochi M. de- nuo Judæos subegit an. M. 3838. Philopatori successit Ptol. Epipha- nes & Judæam occupavit. an. 3852. Antiochus M. victo Scopæ duce Epi- phanis Judæos subegit an. 3856. Antiochus Epiphanes Syriæ rex ve- xavit valde Hebræos an. M. 3858.	Menelaus Pseudo-Ponti- fex fuit per an. M. 6. <b>Anni Machabæorum.</b> 48. Mathatias factus Pon- fex & dux an. 3888. 49. Judas Machab. 3889. 50. Jonathas. 2894.	
SÆCULUM Mundi.	Demetrius Nicanor Syriæ rex Jona- thæ Hebræorum duci Judæam resti- tuit an. M. 3909. Antiochus Sidetes vexavit multum Hebræos, tandem amicitiam junxe- runt & mutua sibi dona miserunt. an. M. 3921.	Jonathas fuit Pontifex & dux usque ad annum M. 3912. 51. Simon III. 52. Joan Hyrcanus. <b>Pontifices simulque reges</b> an. 3951. 53. Aristobulus. 54. Alex. Jannaus. <b>Pontifices non verò re-</b> ges an. 3979. 55. Hyrcanus II. creatus est Pontifex an. 3979.	Natus est Herodes an. M. 3982. in quem tanquam in extraneum regem Judæ sceptrum transferendum prædixit Jacob propheta jam an. M. 2346.
XL.	Aristobulus factus est rex an. M. 3951. Alexandra Jannai uxor se reginam constituit. an. M. 3979. Pompeius M. contra Aristobulum II. regni invasorem veniens Hierosoly- mam vicit, facta est proin Judæa Pro- vincia Romana. 3991.		
SÆCULUM Mundi.	Antigonus Hebræorum dux, Judææ regnum petens à Cæsare rejectus est, Parthorum tamen ope potitus est Hierosolymâ & creatus rex an. M. 4014. Herodes Idumæus blanditijs à Ro- manis impetravit coronam Judææ. an. M. 4014. Hierosolyma ab Herode fuit expug- nata. an. M. 4017. Antigonus ab Antonio securi per- cussus est & extincta Machab. familia eodem anno. Consumptus à vermibus est Herodes. an. 4053. regnavit annis 37. vixit 71.	Hyrcanus II. fuit Ponti- fex usque ad an. M. 4024. 56. Ananelus. 57. Jesus. 58. Simon IV. 59. Mathatias II. 60. Johazar. 61. Eleazar III. 62. Jesus II. 63. Ananus. 64. Eleazar IV. 65. Simon V. 66. Caiphas, qui factus est Pontifex an. M. 4071.	Natus est S. Joannes Ba- ptista Propheta & Zacha- riæ propheta filius an. M. 4052. Simeon in templo pro- phetavit, dum in manibus habuit DEum hominem. <i>LUC. I.</i> Eodem tempore Pro- phetissa fuit Anna Phanue- lis filia. <i>LUC. 2.</i>
XXXI.			

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesie Veteris.	Damna Ecclesie Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
<p>Protophiletus Philopator Ægypti rex dum Hieroso- lymis in adita templi te- mere tentavit irumpere, membris corporis subito labantibus divinitus retar- datus est. an. M. 3838.</p> <p>Idem in furias aclus Ju- dæos Elephantis obteren- dos exposuit in hippodro- mo; sed miro angelorum beneficio conservati sunt. an. M. 3838.</p> <p>Heliodorus à Seleuco Philopatore Asiæ minoris rege missus dum thesauros tentavit ex templo rapere, ab equite caelesti castiga- tus est. 2. Machab. 3. an. M. 3870.</p>	<p>Elcazar, Salomona ma- ter &amp; septem filij Macha- bæi pro religione fortissi- mè sustinuerunt marty- rium. 2. Mach. 6. &amp; 7. an. M. 3887.</p> <p>Matthias Pontifex &amp; dux fortissimè defendit re- ligionem veram suo exem- plo plurimos ad constan- tiam animans; Idem Ju- dæum thus dijs adolentem interfecit. 1. Mach. 2. an. M. 3888.</p> <p>Judas Machabæus filius Mathariæ secutus strenuè est exemplum patris sui. an. M. 3886.</p>	<p>Antiochus Epiphanes Ægypti rex impius, quem S. Hieronymus Anti-Chri- stum vocavit, templum Hierosolymitanum peni- tus profanavit, legem Ju- dæorum contempsit, libros sacros prohibuit, ritus gentium introduxit, mu- tavit &amp; invertit sacra om- nia, pœnis crudelissimis in eos statuit, qui impijs mandatis morem non ge- rerent. 1. Mach. 1. an. M. 3886.</p> <p>Menelaus Pseudo-Pon- tifex dedit occasionem tantis Ecclesie malis. Salian.</p>	<p>Relicta ab Alexandro regna scil. Macedonia, Ægyptus, Syria, minor Asia, Judæa &amp;c. valde ve- xata sunt per hæc secula bellis tum intestinis tum externis, Judæis nunc hunc, nunc alium regem sequentibus.</p>
<p>Contigit per hujus jam se- culi decursum piscinæ Pro- batice Hierosolymis con- tinuum miraculum, quo aquâ per angeli ministre- nium motâ primus è lan- guentibus descendens va- letudinem integram rece- pit. Joan. 5.</p> <p>Prodigijs pluribus fuisse prænantiatum DEI &amp; Dei- paræ virginis adventum hoc &amp; alijs seculis, vix est ex Orthodoxis, qui neget.</p>	<p>Joannes Hircanus Ponti- fex &amp; dux Judæorum, post- quam occisus est Antio- chus Sidetes Syria rex, templum Samaritanum de- struxit, quod permittente Alexandro M. à Sanabelle- te erectum est an. M. 3923.</p> <p>Aristobulus Joannis Hir- cani filius Ituræam ad reli- gionem Judaicam &amp; cir- cumcisionem recipiendam coegit pœnâ exilij in eos statutâ qui resistissent. Josephus an. M. 3951.</p>	<p>Pharisæorum Secta, qua Judæorum ritus innova- bantur &amp; mutabantur, or- ta est hoc seculo.</p> <p>Alexander Jannæus Pon- tifex victo Demetrio Eu- cario Syria rege pro parte Judæorum altera in aciem progreffo, dum mensæ ac- cubuit, in crucem agi jussit 800. Judæorum, 8000. verò in exilium misit. Mo- riens secutus est partes Pharisæorum an. M. 3978.</p>	<p>Ex dissensione Pharisæo- rum &amp; Saducæorum orta est seditio atque bellum civile tantum, ut in eodem 60000. Judæorum occu- buerint.</p> <p>Aristobulus Joannis Hyr- cani natu major filius ma- trem &amp; fratrem Antigonum interfecit regnandi cupi- dine adactus; tandem tamè ex pavitudine sanguinem fudit eo in loco, ubi fra- trem occidi jusserat. Vide Salian. an. M. 3951.</p>
<p>Ex fene patre atque ste- rili matre nata est Mater DEI Virgo Virginia mir- raculum hæctenus maxi- mum an. M. 4038.</p> <p>Natus est Jesus Christus, DEus Homo miraculorum summum miraculum; ad quod meritò obstupue- runt, muta idolorum ora. an. M. 4052.</p>	<p>Herodes templum Hie- rosolymitanum restauravit, illudque magnificè exor- navit; simulque quartam templi Dedicacionem ce- lebravit dans præter suam intentionem &amp; finem reli- gioni incremeatum. an. M. 4035.</p> <p>Jesus Christus fons om- nis virtutis &amp; veræ Religio- nis Ecclesie veteri fecit fi- nem, novæ verò initium. c 3</p>	<p>Herodes templum Sama- ritanum ab Hyrcano de- structum restauravit. Re- bus Religionem spectanti- bus se plurimum imiscuit, Joan. Hyrcanum II. plus- quam 80. annorum senem occidi jussit, Ananelum ju- venem Pontificem dixit. an. M. 4024.</p> <p>Idem patrata cæde mul- tiplici omnes pueros bien- nium nondum supergressos, occidi jussit an. M. 4053.</p>	<p>Pompejus à Cæsare vi- ctus, &amp; post amissam vi- ctoriam in Ægyptum fu- giens proditoriè occisus est an. M. 4006.</p> <p>Antipater Idumæus pater Phasaclis &amp; Herodis con- stitutus à Julio Cæsare præ- fectus Judææ; pater autem Phasaclis Hierosolymæ, Herodem verò præfecit Galilææ. an. M. 4008.</p>